

Conchiglia

Movimento d'Amore San Juan Diego



Ave Domina. . .

Nostra Domina Guadalupiana!



HORA MARIAE

Maria, Nostra Domina Guadalupiana est Imperatrix Mundi

*atque, ut Mater Dei et Mater Nostra, repraesentat
Universalem Identitatem omnium filiorum qui Ipsam amant.*

*Prot. 10.198 - Die I ianuarii anno MMX
In sollemnitate Sancta Matris Dei*

Virgo Guadalupiana de Tepeyac, Mexicopoli, est, symbolice, similis ei quod primum MEXICI deinde TOTIUS ORBIS Identitas ideologicè repraesentat:

Multiplicitatis tensio ad Unitatem...

Unitatis tensio ad multiplicitatem.

(Alessandro Vigiani)

Maria, Nostra Domina Guadalupiana, adhibita est ex Voluntate Dei ut insigne Consociationis “Movimento d’Amore San Juan Diego”, a Conchiglia fundatae ex Dei Voluntate die 24 octobris anno MMI, in Italia. Quae est quasi Unicus totius Orbis “Motus Cordium” in Deum intendentium, qui ab Italia omnes gentes Orbis ducet ad Novam Terram, in se congregans multiplicitatem omnium nationum generumque quae ad rursus se componenda in Unitatem contendunt, ut efficiant UNAM TOTIUS ORBIS IDENTITATEM, cuius Maria, Nostra Domina Guadalupiana fit instrumentum.

Hora est ad praedicandam Mariam Sanctissimam, Nostram Dominam Guadalupianam, Matrem Dei et Nostram in toto Orbe, per apostolatum laicorum vere participum, filiorumque baptizatorum Ecclesiae Catholicae, ut perficiatur Iesu Christi mandatum ad evangelizandas omnes gentes Terrae.

Maria, Nostra Domina Guadalupiana est Imperatrix Mundi atque ut Mater Dei et Mater Nostra repraesentat Universalem Identitatem omnium filiorum qui Ipsam amant.

Ex Evangelio secundum Marcum 16,15-16

Et dixit eis: “ Euntes in mundum universum praedicate evangelium omni creaturae.

Qui crediderit et baptizatus fuerit, salvus erit; qui vero non crediderit, condemnabitur.

Per ipsam intercessionem Mariae Sanctissimae, Nostrae Dominae Guadalupianae, Consociatio “Movimento d’Amore San Juan Diego” cum caritate conducere vult alios fratres ad Iesum, ut Ipsum cognoscant, ament, imitentur atque per Ipsum quasi ostium intrent ad Deum Patrem attingendum.

Ex Evangelio secundum Ioannem 10,1-7

“ Amen, amen dico vobis: Qui non intrat per ostium in ovile ovium, sed ascendit aliunde,

ille fur est et latro; qui autem intrat per ostium, pastor est ovium. Huic ostiarius aperit, et oves vocem eius audiunt, et proprias oves vocat nominatim et educit eas. Cum proprias omnes emisit, ante eas vadit, et oves illum sequuntur, quia sciunt vocem eius; alienum autem non sequuntur, sed fugient ab eo, quia non noverunt vocem alienorum ”. Hoc proverbium dixit eis Iesus; illi autem non cognoverunt quid esset, quod loquebatur eis. Dixit ergo iterum Iesus: “ Amen, amen dico vobis: **Ego sum ostium ovium.**

Est causa communis cur adhibeatur idem insigne guadalupeum, videlicet idem ius se habendi ex Iesu Voluntate omnes filios Mariae, Matris Eius Matrisque Nostrae.

Propterea intellegitur quia Virgo Guadalupiana de Tepeyac, Mexicopoli, est, symbolice, similis ei quod primum MEXICI deinde TOTIUS ORBIS Identitas ideologicè repraesentat:

Multiplicitatis tensio ad Unitatem...

Unitatis tensio ad multiplicitatem.

(Alessandro Vigiani)

MOVIMENTO D’AMORE SAN JUAN DIEGO

Conchiglia